

et dum abbas in ^hReynhardisborn vel
let corpus ejus sepelire, in sepulchro
parentum, domina Sophia uxor ejus
restitit, et ipsum fecit deduci in ^hSe-
nach, ad monasterium ^{sancti K} Katherine no-
vum, quod idem princeps fundavit, ubi
sepeliebatur.

2 Anno Domini MCCXVI. dum
per totam Almanniam crucis sig-
num predicaretur in diocesi Mo-
nasteriensi in villa Bedon, feria sex-
ta ante Pentecosten, cum predicare-
tur crux ibidem, triplex forma cru-
cis apparuit in aere, una candida ver-
sus ^aAquilonem, alia versus meridi-
em ejusdem coloris et schematis, ter-
tia medio colore colorata, habens cru-
cis patibulum, et figuram hominis
in ea suspensam, elevatis brachiis,
et extensis cum infixione clavorum,
in manibus et pedibus, et capite in-
clinato. Haec media fuit inter alias
duas. // Alia vice et alio loco in opi-
do Sanderhusin tempore predica-
tis, crux apparuit juxta solem, crux
cerulei coloris. Haec viderunt plures,
quam priorem. Tertia fuit apparitio
in diocesi Trajectensi, in villa ⁱⁿDock-
^{beatus}ge Frisie, in qua P Bonifacius coro-
natus fuit martyrio: ubi in die mar-
tyris ejusdem, cum multa milia ho-
minum convenissent ad indicium
stati-

=

a/are

Sanderhusin

x/125.